

391. Catilina

L. Catilina, nobili genere natus, fuit magna vi et animi et corporis, sed ingenio malo pravoque. Huic ab adulescentia bella intestina, caedes, rapinae, discordia civilis grata fuere ibique iuventutem suam exercuit. Corpus patiens inediae, algoris, vigiliae supra quam cuiquam credibile est. Animus audax, subdolos, varius, *cuius rei lubet* (1) simulator ac dissimulator, alieni adpetens, sui profusus, ardens in cupiditatibus; satis eloquentiae, sapientiae parum. Vastus animus inmoderata, incredibilia, nimis alta semper cupiebat. Hunc post dominationem L. Sullae lubido *maxima* (2) invaserat *rei publicae capiundae* (3); neque id quibus modis adsequeretur, dum sibi regnum pararet, quicquam pensi habebat. Agitabatur magis magisque in dies animus ferox inopia rei familiaris et conscientia scelerum, quae utraque iis artibus auxerat, quas supra memoravi. Incitabant praeterea corrupti civitatis mores, quos *pessuma ac divorsa* (4) inter se mala, luxuria atque avaritia, vexabant.

Sallustio, Bellum Catilinae V

(1) quanto è possibile (2) maxima: arcaismo ricorrente nella prosa sallustiana; (3) di impadronirsi dello Stato; (4) pessima ac diversa: arcaismi

PROVA SCRITTA DI LATINO E GRECO
CRITERI DI VALUTAZIONE

indicatori	descrittori	Punti
comprensione del testo	completa e puntuale di tutto il testo (5) accettabile per buona parte del testo (4) generica (3) lacunosa e frammentaria (2) gravemente lacunosa e frammentaria (1)
conoscenza delle regole e delle strutture morfo-sintattiche	precisa e completa (3) esatta ma con qualche imprecisione (2,5) appropriata (2) elementare (1,5) frammentaria (1) nulla (0,5)
capacità di interpretazione e resa in lingua italiana	linguaggio fluido e resa completa del testo (2) linguaggio sufficientemente fluido (1,5) linguaggio confuso e poco aderente (1) nessuna resa in italiano (0,5)
	voto	

alunno/a classe data

392. I compagni e gli amici di Catilina

In tanta tamque corrupta civitate Catilina, id quod factu *facillumum* (1) erat, omnium flagitiorum atque facinorum circum se tamquam stipatorum catervas habebat. Nam quicumque inpudicus, adulter, ganeo, manu, ventre, pene bona patria laceraverat, praeterea omnes undique parricidae, sacrilegi, convicti iudiciis aut pro factis iudicium timentes, postremo omnes, quos flagitium, egestas, conscius animus exagitabat, ii Catilinae *proximi* (2) familiaresque erant. Sed *maxime* (2) adulescentium familiaritates adpetebat: eorum animi molles etiam et aetate fluxi dolis haud difficulter capiebantur. Nam ut cuiusque studium ex aetate flagrabat, aliis scorta *praebere* (3), aliis canes atque equos *mercari* (3); postremo neque sumptui neque modestiae suae *parcere* (3), *dum* (4) illos obnoxios fidosque sibi faceret. Scio fuisse nonnullos, qui ita existumarent: iuventutem, quae domum Catilinae frequentabat, parum honeste pudicitiam habuisse; sed ex aliis rebus *magis quam quod cuiquam id compertum foret* (5), haec fama valebat.

Sallustio, Bellum Catilinae XIV

(1) *facillumum*: arcaismo ricorrente in Sallustio; (2) *proximi*, *maxime*: arcaismi; (3) traduci con l'imperfetto indicativo, esempio: offriva...; (4) *pur*, *purché*; (5) piuttosto che perché fosse stato accertato ciò da qualcuno

PROVA SCRITTA DI LATINO E GRECO CRITERI DI VALUTAZIONE

indicatori	descrittori	Punti
comprensione del testo	completa e puntuale di tutto il testo (5) accettabile per buona parte del testo (4) generica (3) lacunosa e frammentaria (2) gravemente lacunosa e frammentaria (1)
conoscenza delle regole e delle strutture morfo-sintattiche	precisa e completa (3) esatta ma con qualche imprecisione (2,5) appropriata (2) elementare (1,5) frammentaria (1) nulla (0,5)
capacità di interpretazione e resa in lingua italiana	linguaggio fluido e resa completa del testo (2) linguaggio sufficientemente fluido (1,5) linguaggio confuso e poco aderente (1) nessuna resa in italiano (0,5)
	voto	

alunno/a classe data